

Nicolaus Schütze Caspar Ewald Massow von

**Disputationem Iuridicam De Emptione In inclyta ad Varnum Academia,**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73259474X>

Druck Freier  Zugang



Kauf und Verkauf

N. Schütze (C. E. v. Meow) 16  
R. u. m. 1651.



Quod DEUS feliciter vertat,  
DISPUTATIONEM JURIDICAM  
DE  
**EMPTIONE ET  
VENDITIONE**

In inclita ad Varnum Academia,

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, atq; Excellentissimi  
**DN. NICOLAI Schützen/ J. U. D.**  
& ejusdem Professoris Publici, Reve-  
rendi Capituli Lubecensis Syndici gravissimi, &  
h. t. Facultatis Juridicæ **DECANI** Spectabilis,  
Fautoris ac Præceptoris sui æta-  
tēm observandi;

*Publicæ Eruditorum disquisitioni subjicit*  
**CASPARUS EWALDUS à Massow/**  
Nob. Pom,

*Ad d. 27. Augusti, horis consuetis*  
In Acroaterio Majori;

•Φ(ο)Φ•

ꝝ

**ROSTOCHII,**  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. LI.

DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN

# THEATRUM LIBRIPAGIN

ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN

DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN



DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN

DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN  
ALBERTI A FRANCISCHIENS  
DISPUTATIONIS LIBRIPAGIN

Σὺν Θεῷ.

## DE EMTIONE ET VENDITIONE.

THESES I.

**I.** Mtionis Venditionis Contractum in  
Vita communi & Praxi judiciariâ frequentissimum  
fermeq; quotidianum non modo ob sumam usus  
necessitatem sed & abundantem controversiarum  
forensium fertilitatem præ ceteris omnibus Contra-  
ctibus & Commerciis humanis seipsum satis ostendere, ideoq; perlustratione & excusione non indignum esse dubio caret.

**II.** Etsi vero latissima Ejus appellatio sit, ut omnem omnino Alienationem ex Legi 12. tabul. complecti videatus l. 29. §. 1. ff. De Statu lib. Gothofr. ad l. 19. & l. 20. cum Alijs ibidem allegat. ff. de Act. Emt. In præsentia tamen consideratione peculiarem ab Alijs discretam Contrahendi speciem constituit l. 9. C. de Pact. int. emtor. l. 2. ff. de O. & A. l. 9. in princ. & tot. tit. ff. & C. de contrah. emt. Ut subsequens Definitio manifestabit.

**III.** Definitur itaq; Emtio, inde quod è tuo msum facio dicta, Donell. 13. Comment. 1. Venditio ex eo, quod venum do, id est à me ad te venire facio, vocata Donell. dict. loc. Et à Permutatione originem nacta l. 1. in princ. ff. b. t. de quô optimè Oldendorp. Class. 4. Act. forens. Ad. 1. in princ. Contractus, Jurisgentium, nominatus, bonæ fidei, consenti initus, Venditorem ad rei venditæ vel dominium traditione transferendum vel evictionem præstandam, Emtorem autem ad preçium dandum obstringens.

**IV.** Contractus Emptionis Venditionis negotium est l. 2. in princ. ff. In princ. Inst. b. t. l. 31. ff. de Obl. contract. Sed Unicus l. 2. C. de pred. & omn. reb. navic. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. c. 9. ex diversis Duorum emendi nempe vendendiq; factorum partibus constitutus Donell. 13. comment. 1.

V. Juris autem Gentium. l. 1. §. 2. ff. h. t. l. s. de J. & J. l. 7. §. 1. de Paet. quô omnes penè Contractus introducti §. 2. Inst. de Jur. nat. gent. & civ.

VI. Nominatus, quia in proprium ac Speciale nomen alteri Contractui minimè conveniens transit. d. l. 7. §. 1. ff. de Paet.

VII. Bonæ fidei §. 28. Inst. de Action. in princ. Inst. de Oblig. ex consens. Obindeq; non id duntaxat, quod verbis nomination caurum est, sed &, quod alterum alteri etiam non expressum ex Bonô & æquô præstare oportet, complectens d. princ. l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 38. §. 8. ff. de usur. §. 30. Inst. de Action.

VIII. Consensu initus, quia is solus, sine Verborum Scripturæ & actuali Rei interventu Contractum huncce perfici d. princ. Inst. de O. ex consens. l. 2. §. 1. h. t. l. 2. in princ. ff. de Oblig. & action.

IX. Emptorem & Venditorem obstringens, Contractus etenim ultrò citroq; obligatori est. d. l. 2. §. 3. ff. de O. & A. in princ. Inst. de auctor. tutor. Ideoq; obligatione mutuâ Emptore simul & Venditorem eô, quô dictum est, modô invicem obstringit l. n. §. 2. ff. de Act. emt. l. 1. in princ. ff. de Rer. permul. l. 8. in princ. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 8. ff. de Eviçt. l. 2. ff. h. t. quæ omnia in subjectis uberiori examinantur.

X. Causa hujus contractus Efficiens, prout superius declaratum, Consensus est. l. 1. §. 2. l. 9. in princ. ff. l. 2. C. & in princ. Inst. h. t. l. 2. in princ. ff. de O. & A. Ultrò citroq; inter positus l. 55. ff. de O. & A. In præsens directus l. 13. C. l. 7. in princ. l. 55. §. 1. ff. h. t. Bart. ad l. 15. ff. Si cert. pet. Mozz. de Contract. hic. col. 3. n. 46. nulllô vitiô labefactatus d. l. 9. ff. h. t.

XI. Si ergo Simulatus sit (quod tûm plerumq; accidit, cum donandi animo contrahitur l. 36. l. 38. ff. h. t.) imagoarram tantum venditionem constituit, adeoq; effectum Juris in perficienda eâ non habet l. 54. ff. de O. & A. l. 55. ff. h. t. l. 21. C. de Transact. l. 12. ff. de aquâ & aq. pluv. arc. act.

XII. Dolô porro utpote Bonæ fidei contrariò l. 3. §. 3. ff. pro soc. l. s. C. de rescind. vendit. Si elicitus sit (quod, Contractui dolum caussam de disse, in jure dicitur) idem juris, favore decepti non decipientis propriæ turpitudinis allegationem in Conventioni contraveniendo incidentis l. 30. C. de Transact. obtinet. l. 7. in princ. ubi gloss. Cujac. & DD. ff. de dol. mal. l. 1. ubi Donell. & l. 5. C. de rescind. vendit. Incidentem enim vel forte fortuito emergentem dolum non Emotionem infirmare, sed actionem

emti vel venditi ad purgandum eum producere indubitati Juris est d. l. 7. §. 3. in fin. l. 13. §. 4. ff. de act. emt.

XIII. Idem est si vi metuve, in constantissimum scilicet virum cedente l. 2. l. 6. ff. quod met. caus. extortus sit. Non modo enim, cum consensum ultra citroq; liberum esse debere: Leges jubeant l. 19. de Verb. signif. l. sicut C. de O. & A. l. invitum C. de contrab. emt. l. nec emere C. de Jur. delib. ad consentiendum quendam vi metu compelli idq; comprobari contra bonos mores est. d. l. 116. in princ. de Reg. jur. Sed & Do-  
lus cum metui insit l. 14. §. 13. ff. quod met. caus. id quod de dolo ad insi-  
mandum Bonæ fidei contractum in l. 5. C. de rescind. vendit. & alibi ad-  
seritur, commodissime ad vim metu metu trahi potest Cujac. ad l. 21. §.  
3. ff. Quod met. caus. & ad l. 36. ff. de V. O. perl. l. 1. C. de Rescind. vendit.  
Phil. Matth. ad d. l. 116. Donell. 12. comment. 7.

XIV. Huc tamen non pertinet, cum subditi qnandoq; jussu Magi-  
stratus etiam inviti ex causâ utilitatis & necessitatis publicæ emere ven-  
dere (frumentum forsan ad fugandam annonæ caritatem, vel obsi-  
dionis tempore ejusve metu ad reprimendam famem, aliaq; plurima pro  
variis necessitatibus publicis) compelluntur de quô Bart. & DD. commu-  
niter ad l. 1. C. de Episc. audient. Panorm. & cæteri Canonist. ad c. 1. X. de Emr.  
& Vedit. Rol. à Vall. vol. 2. Cons. 1. n. 72. Myns. cent. 5. obs. 27. & plurimi  
ab Eo citati.

XV. Par quoq; ratione si ab Errante profectus Consensus sit, viri-  
bus obligandi (cum errori nihil tam contrarium sit quam error, ideoq;  
Errantes consentire non videantur l. 15. ff. de iurisdict. l. 116. §. fin. de reg.  
Jur.) prorsus destituitur l. 9. ff. b. t. l. 5. §. 1. ff. de action. emt.

XVI. Nec interest sive in ipsa Emtione id est Emtione titulô l. 18.  
ff. de reb. credit. Sive in Rei emtæ Corpore d. l. 9. in princ. ff. b. t. Sive in  
Eius qualitate & substantiâ totaliter d. l. 9. §. 2. l. 14. l. 11. §. 1. ff. b. t. sed Venditor ad  
id, quod minus præstit, tenebitur l. 45. ff. b. t. sive in preciô d. l. 9. in  
princ. ubi gloss. l. si decem 52. ff. Locat. erratum sit. Tum namq; nullius mo-  
menti & valoris Emtione esse dubitandum non est.

XVII. In nomine si dissensus vel error sit, de corpore autem constet,  
Emtio firma atq; valida est. d. l. 9. §. 1. ff. b. t. Cum potentior mens quam  
vox dicentis sit l. 7. §. 2. ff. de Supell. legat. & in conventionibus Contra-  
hentium voluntas potius quam verba spectari debeant l. 219. de V. S.

XVIII. Emere vendere possunt omnes patrimonii sui l. dudum 14. C. h. t. & alterius Liberam (alias secus, nisi speciale mandatum habeant vel Res corruptibiles sint, l. 63. ff. de procurat. l. 16. C. Eodem) administrationem habentes l. 58. ff. de Procurat. l. 17. §. 2. ff. de jurejur. l. 10. C. Quod cum eō qui in alien. pot.

XIX. Neq; tantum Christianis inter se, sed & cum Judæis, Turcis aliisq; Infidelibus hujus contractus commercium est Marquard. de Susan. tract. de Jude. c. 5. quem adducit Mozz. hic col. 1. ord. ult. n. 36. Nisi victu- alia & merces illicitæ, quibus validiores ad impugnandos Christianos evadant, siis venditæ fuerint l. 2. C. de Littor. & itin. custod. l. 1. & 2. C. Quæ res export. l. 2. C. de Commerc. quō factō Venditores velut Romani Imperii & fidei Christianæ proditores jure Civili Capitis suppliciō instar Eorum, qui hostibus eadem subministrarunt. l. u. in princ. ff. de Publican. bonis omnibus confiscatis subjungantur d. l. 2. C. de commerc. d. l. 2. C. Quæ res export. juxta Canones vero excommunicantur & capientium servi fiunt c. 6. c. u. c. 12. X. de Jude & Sarracen.

XX. Imo Deportatis sive Bannitis quoq; qui quis Gentium retinent' emere vendere permittitur, l. 15. in princ. ff. de interdict. & releg. l. 17. §. 1. ff. de pæn. eorumq; exemplo Excommunicatis, qui pariter non humanitatis vel gentium sed Ecclesiasticæ solummodo communionis jura (non obstante c. si quis frater u. q. 3.) perdunt: c. omnis: c. nihil u. q. 3.

XXI. Inter Virum & Uxorem sciendum Emitionem Venditionem contrahi posse, nisi animo donandi in fraudem legis minimo pretio fiat venditio l. 5. §. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 38. ff. h. t.

XXII. Arcentur ab hoc Contractu, qui eum inire specialiter jure prohibitentur l. 14. C. h. t. ut Furiosi l. 5. de R. 3 Infantes §. 9. Inst. de inut. stipul. Pupilli in princ. Inst. de auct. tut. Minores Curatorem habentes l. 3. C. de in integr. refit. Prodig. l. 1. in princ. l. 10. in princ. ff. de Curat. fur. Ebrii c. venter Dist. 35. Nobiles, Milites, (quibus etiam comparare prædia, ne forte stu- dio culturæ à militia abstrahantur l. 31. C. locat. Gloss. ad l. 62. in princ. ff. h. t. præterquam paterna à fisco distracta in provinciâ, in quâ militant, in- terdicitur d. l. 62.) & Clerici, quatenus Emendo aliisq; revendendo mer- cimonia exercere student l. 3. C. de commerc. l. unic. C. negot. ne milit. l. 75. C. de ré milit. c. canorum 14. q. 4. c. 1. ubi Abb. n. 6. Extr. ne cleric. vel mona. Administrationi publicæ præfæcti, quatenus ex officio, quæd ad- ministrant, ipsi emunt, aliosve pro se ementes substituunt, quo casu in quadruplum puniuntur l. 46. h. t.

23. Sed

XXIII. Sed hoc ita se habet, nisi specialiter quibusdam id fuerit à Principe concessum d. l. 46. vel prædia paterna à fisco fuerint distracta d. l. 62. b. t.

XXIV. Inter se se celebrazione Emitionis contractum nequeunt Pater & filius nisi de rebus castris l. 2. ff. b. t. non adventitiis iis casibus in quibus parenti non queritur Usus fructus ut rult. Bart. in l. frater à fratre n. 50. ff. de Condict. indeb. Tutor vel curator, sive per se sive per interpositam personam l. 2. C. plus val. quod agit. & Pupillus vel Adultus, nisi pallam & bonâ fide venditio fiat. l. 5. §. 2. ff. de auctor. tut. l. 5. C. h. t. Collusores l. 2. §. 1. ff. quar. rer. act. non det. quod plenius declaratum v. apud Mozz. hic ord. ult. col. 1. n. 15. & seqq. Caussidicus & Cliens lites pendente l. 2. §. 2. C. de postul. Medicus & Ägrotus durante morbo l. 3. ff. de extraord. cogn. Provinciam regentes, quive circa eos sunt vel per se vel per alios eorumq; subditi l. 33. ff. de R. C. l. unic. §. 2. & 3. C. de contract. judic. à quibus contractu infirmato res vendita vindicatur, & aestimatio Fisco infertur l. 46. §. 2. ff. de jur. fisc.

XXV. Personis hisce Emitionem contrahere non valentibus annectendum est, Non uni vel paucis in quoconq; mercaturæ genere Monopolium (germanice Eigenkauff δικτ. τῆ μόνη i. solus & πωλέω vendo dictum) exercere & illicitis habitis conventiculis, pretia rerum taxare pactisq; & coniurationibus, ne minoris quam ipsi statuerint distractantur, se se constringere fas esse, Id enim cum pestis Rerum. sit, & avaritiae hominum pro arbitrio vendentium aliisq; omnibus nocentium deserviat, sub pœnâ confiscationis omnium bonorum & perpetui exilijs, nullo sacro jam elicto aut imposterum eliciendo rescriptio aut pragmatice sanctione obstante, severè cohabetur, pœnâ 40. librarum auri Collegij monopolatum primatibus (den. Zunftmeistern) hujusmodi taxationi iniquæ & pactis fraudulentis consentientibus impositâ, & insuper Magistratibus 50. Saluberrimæ hujus constitutionis condemnationem quavis ratione segniter exequentibus l. unic. C. de monop. Reces. Imper. de Anno 1548. sub tit. die Monopolia vnd schädliche für kauff belangendt Bart. in l. fir. C. de colleg. illic. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 384. ubi simul, quæ pœna Dardanarij afficiendi sint, persequitur Sichard. ad d. l. unic. qui, quomodo contra monopolias dirigendus veniat processus, exponit num. 13.

XXVI. Materia Emitionis Venditionis ex parte Venditoris Res est l. 8. in princ. l. 15. in princ. ff. b. t. quæ Mercis nomine appellatur l. 1. in princ.

princ. ff. h. t. l. 1. in princ. ff. de rer. permul. relative tantum vel subjectivè non etiam actualiter in eam deducta l. 1. §. 2. ff. de rer. permul. l. 1. §. 2. ff. h. t. Ex parte Emotoris pretium conventuro in fin. princ. Inst. h. t.

XXVII. Rerum autem quas quis habere, possidere vel persequi potest, omnium recte contrahitur venditio l. 34. §. 1. ff. h. t. sive Particulares sive, cæq; vel corporales tam Mobiles l. 44. l. 45. ff. h. t. quam soli l. 40. l. 57. ff. h. t. vel incorporales l. 80. §. 1. ff. h. t. ut servitutes personales l. 8. §. 2. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 12. §. 2. ff. de ususfr. & prædiales, rusticæ l. 20. ff. de servit. & urbanæ d. l. 80. §. 1. Item Nomina & Actiones, etiam invitatis debitoribus l. 3. C. l. 6. l. 17. ff. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de novat. l. 2. C. de O. & A. reales & personales l. 9. C. de hered. vel act. vend. Sive Universales ut Hereditas defuncti l. 1. & tot. tit. ff. & C. de hered. vel act. vend.

XXVIII. Nec tantum Præsentes sed & Futuræ ut jactus retis l. si. ja-  
ctum ff. de act. Empt. Captus avium, Fructus nascituri l. 8. ff. h. t. Quo ta-  
men casu si plene incertus rerum futurorum adipiscendarum eventus est.  
quemadmodum in avium vel piscium captu. pure contrahi creditur, eaq;  
de causâ, tametsi nihil captum sit, nihilosecūs subsistit Emptio d. l. 8. §. 1.  
Disp. post Bart. iu d. l. si jactum Oldend. Clas. 4. Act. 1. pag. 193. Si vero cer-  
to exiitutæ à communiter accidentibus, veluti fructus nascituri, partus  
ancillæ, sperantur, in pendentri Obligatio est, obindeq; si poste à nullate-  
nus ( quavis minimâ ex parte ijs apparentibus secus sit ) existant, non  
valet Venditio d. l. 8 ff. de peric. & commod. rei vend. Treutl. vol. 1. Disp. 29.  
Th. 12. Mozz. hic ord. ult. col. 2. num 16. & 17. Propriæ deniq; & Alienæ.  
l. n. §. 2. de Act. empt.

XXXIX. Accensentur his rectè Reditus anni, qui similiter prout  
res superiores, Emptio, modo Usuraria non sit, subjacent Gaill. 2. observ.  
§. & 7. Mozz. d. col. 2. n. 23. Bocer. Clas. 2. disp. 3. th. 15. v. Reces. Imper. de anno  
1548. sub tit. Von wucherlichen Contracten §. Und nach dem Disp. Hot-  
tom. 2. obs. 15.

XXX. Cum autem, quid quantumq; venditum censeatur, determi-  
nandum est, haud dubitandum, quicquid cohæret Rei venditæ, una cum  
rēvelut accessoriū venditū intelligi l. 67. l. 73. §. 1. ff. h. t. Unde Fon-  
do vendito, fructus pendentes & instrumenta adhærentia l. 13. §. 10. de act.  
Empt. l. 47. l. 49. l. 78. in princ. ff. h. t. l. 44 ff. de R. V. l. fin. §. pen. ff. quæ in  
fraud. credit. sterculium etiam & stramenta l. 17. §. 2. ff. de act. empt. imo  
servitutes d. l. 47. l. 23. §. 3. ff. de Servit. R. P. nec minus ligna, aquæ &  
piscis, sine studio & curâ privatâ in ijs viventes Bart. ad l. lines, ff. de act.  
empt.

emt. Decian. vol. 1. cons. 58. & Aedibus distractis, ea quæ opere structili continentur quæq; quasi pars ædium sunt, vel propter ædes habentur. l. 13. §. fin. cum multis ll seqq. ff. de act empt. cum & onus census & penitentiationis publicæ, sine quæ prædia comparari nequeunt, Emptorem comitetur tot. tit. C sine censi vel reliqu. fund. vendita & distracta censentur. Sic venditum Castrum munitiones, curia & Jurisdictio cum omnibus iuribus & pertinentijs Bart. in l. 29. de adquir. rer. dom. Menoch. lib. 3. præsumt. 57. Paris vol. 1. cons. 20. n 92. Bald. & Feudist. in c. 1. de capit. qui cur. Vend. & similes Res similia seqvuntur. Wesemb. in parat ff. h. t n. 8. latissime Mozz. hic. col. 4. n. 38. & seqq.

XX XI. Vendit nequeunt Res, quas Naturæ vel Gentium ius vel mo- res Civitatis commercio exuerunt l. 34. § 1 ff h t. ut Littora & omnia jure naturali communia §. 1. & seqq. Inst. de rer. divis. Res extinctæ l. 15. l. 57. ff h. t. nisi Venditore ignorante rem jam peremptam esse Emptor no- verit, Eo namq; casu ad solutionem precij nihilosecius compellitur d l. 57. §. 2. Porro liber hom. l. 4 l. 34. §. 2. l. 70. ff. h t. nisi major 20. annorum seipsum scienter ad pretium participiandum venundari passus sit § 4. Inst. de jur. pers. l. 5. § 1. de stat. hom. vel parentes vi patriæ potestatis liberos etiam sanguinolentos i. recens natos, quos precio oblato vel æquè bono mancipio recipere possunt, ob famam vendiderint l. 2 & ibi Bart & Azo in summ. C de patrib. qui fil. distracti. Res sacræ l. 73 in princ ff. b. t. l. 3. l. 2. C de SS. Eccles. l. 1. C de sepulch. viol. nisi tempore famis c. aurum 70. caus 12 q. 2. & ob redemtionem captivorum, quorum animæ quibus- cunq; rebus preciosiores sunt d l. 21. § 8 Inst. de R. D. Vel mobiles & su- perflua ære alieno gravatae existant Ecclesiæ Auth. Præterea C de SS. Eccles. Religiosæ l. 4. l. 62. §. 1. ff. & §. fin. Inst. h. t. l. quædam ff. de adquir. rer. dom nisi in consequentiam, quod & in sacris & publicis admittitur l. 22. l. 24. l. 73. §. 1. ff. h. t. l. 52. §. 1. ff. de Action. Empt. Publicæ, quæ non in pecunia populi, sed ejus perpetuæ obibus sunt expositæ, ut forum, campus Martius & similes d. §. 5 Inst. l. 6. in princ. l. 22. ff. h. t. Si tamen liber homo pro servo, ceteræ vè omnes pro privatis & profanis quis à Venditore deceptus ignorans emerit, licet Emptio non reneat, actione ex empto tamen adversus Venditorem experietur, quod non habere ei liceat, ut conse- quatur, quod sua interest eum deceptum non esse d. §. 5. l. 62. §. 1. l. 70. ff. h. t. Wesemb. in parat. n. 7.

XXXII. Prohibentur item vendi res furtivæ l. 34. §. 3. ff. h. t. earumq; exemplo

exemplo vi captae §. 2. Inst. de Ius cap quibus ignorantis venditis, similiter ad interesse Venditor tenetur d. l. 34. Connan. 7. Comment. 6. n. 12. Litigiosæ tot. tit. C. de litigios. l. 13. ff. famil. hercif. i. in judicium deducitæ Auth. litigiosa C. d. tit. quatum venditio Venditorem ad premium cum aliâ tertia parte reddendum emtori ignorantis obligat. l. fin. C. d. tit. Venena mala, nisi alterius materiae adjectione facultatem nocendi deponere, & salubria reddi queant l. 35. §. 2. ff. h. t. v. Menoch. de arbitr. Jud. quæst. lib. 2. Cas. 359. Annona militaris, quam si qui fuerint scientes mercati, honestiores proscriptionis & omnium bonorum amissionis, inferiores Capitalis supplicij poenam incurront l. 3. C. quæ res ven. Publici canonis frumentum, quod ementes & vendentes poenam æqualiter capitali plectuntur d. l. 3. & ibi Gloß. d. tit. Annona similesve Res corruptæ, quam vendere sub poenâ arbitrariâ interdictum de quo Menoch. de arbitr. jud. q. cas. 382. & Eunuchi Romani l. 2. C. de Eunuch.

XXXIII. Sed etsi res in commercium humanum maximè cadant, earum tamen nonnunquam certis casibus impeditur venditio; quo in numero sunt Res publicæ patrimoniales, quæ non nisi cum solennitatibus requisitis venduntur l. fin. C. de vend. reb. civit. v. Mozz. ord. ult. col. 2. n. 18. Bona item Ecclesiastica, quæ extra utilitatem & necessitatem Ecclesiæ, & absq; totius Clericis vel Capituti tractatu & adsensu à Prælatis alienari sunt prohibita c. fine exceptione 12. q. 2. c. 1. & tot. tit. de his que sunt à præl. c. 1. c. nulli c. fin. de reb. Eccles. non alien. l. 14. cum Auth. seq. C. de SS. Eccles. v. remissive Mozz. d. ord. ult. col. 1. n. 12. & col. 2. n. 29. plenissime v. Menoch. cas. 172. nisi terræ sunt exiguae, minusq; utiles Ecclesiæ vel longè sitæ c. terrulas 12. q. 2. & porro Minorum, Furiosorum & Prodigorum, etiam mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, quorum in universum nulla sine judicis decreto cum Caussæ Cognitione à Tutori vel Curatore facta alienatio est l. 1. l. magis puto ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. 3. & tot. tit. C. de præd. minor. l. 2. C. de cur. furios. l. lex quæ §. 1. §. nec vero §. fin. C. de admin. tut. l. fin. C. quand. decret. Schneidv. ad §. fin. n. 25. & seqq. Inst. de aut. tut. Mozz. d. loc. n. 42. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 171. qui hujus Varias extensiones & restrictiones dd. II. proponunt.

XXXIV. Similiter non venduntur prædia dotalia d. l. unic. §. 15. C. de Rei uxori. act. 1. 4. & tot. tit. ff. de fund. dot. Auth. five §. 1. C. ad SCtum vellei. §. 1. inst. quib. alien. lic. nisi æstimata sunt l. 10. C. de jur. dot. vel in utilitatem manifestam mulieris vergat venditio l. 26 l. fin ff. de jur. dot.

De

De Donatione propter nuptias v. Auth. Sive jam citat. Feudalia, quibus  
sine consensu Dominorum, quorum quantum ad præstanta servitia feu-  
dalia non parum interest, & Agnatorum, jus quæsitum ex primi adqui-  
rentis investitura habentium, cum traditionis effectu alienatis, jure suo  
exuuntur Vasalli c. unic. de prohib. feud. alien. per Frider. & c. 1. per Lothar.  
Vult. lib. 1. de feud. c. 11. n. 42. Borch. de feud. c. 8. n. 32. & seqq. Curr. de  
feud. p. 4. n. 50. Rosenth. Synops. feud. c. 9. Clar. §. feudum q. 31. n. 7.  
Emphyteutica, quæ pariter irrequitis dominis (in quorum potestate vel  
precium solvere, vel extraneo jus Emphyteuseos & meliorationes ven-  
dendas concedere, si uero est) siquidem contrarias Instrumentum Emphy-  
teuticum pactiones non contineat, nulla ratione vendi permituntur  
l. fin. C. de Jur. Emphyt. Clar. §. Emphyteusis q. 13. Servi Christiani, qui in  
Iudæos, hereticos & paganos per venditionem, nisi velut adscriptitii ut  
ruri inserviant Mozz. præd. col. 2. n. 52. transferti nequeunt. Purpura  
cujus venditione, ne usus fieret privatus, Constitutiones privatis interdi-  
xerunt l. 1. & 2. C. quæ res venir. quas ll. speciatim explicat Connan. 7. com-  
ment. 7. n. 1. Villa denique & Domus, ut negotiandi causâ destruantur,  
Id enim ne ruinis potissimum urbs devastetur & deformetur, L. 4. cum  
seqq. ff. de Legat. 1. fieri non posse, pœnâ dupli ejus, quâ vendita est, sum-  
mæ æratio ab emtore in ferendâ propositâ, senatus censuit l. 52. ff. b. t.  
Sane ut reficiantur & instaurantur, rectè veneunt & distracti h. t. &  
2. C. de ædific. privat. IV. semb. in parat. ff. b. t. n. 7.

XXXV. Rem propriam nemini vendi posse indubitati Juris est  
l. 15. §. fin. cum l. seqq. ff. b. t. nisi ratione possessionis apud venditorem  
constituta, ad hoc fortè ut in judicio possessorio potior esset l. 34. §. 4. ff.  
b. t. vel sub conditione, si emtoris esse desierit l. 61. ff. h. t.

XXXVI. Illud generaliter circa res venditas tenendum, non posse  
vendi morbosa vel vitiosa, quibus nulla præmonitione factâ distractis,  
actione redhibitoria intra 6. Menses utiles l. 11. §. 3. ff. de act. emt. l. sciendum  
& pañim ff. de ædil. edict. vel quanto minoris intra annum, Emtorem  
adversus venditorem (qui ad omnia præterea damnâ exinde tracta, si  
vitium rei sciens reticuerit, tenetur) agere posse in edicto ab ædilibus  
cautum l. Julianus 13. in princ. ff. de act. emt. d. l. sciendum, quo & illud  
pertinet, Venditorem, si commendandi causâ, ut pluris Venderet, dixer-  
it, quia de artificio forsan, doctrinâ aut peculio servi est mentitus, emti  
obstringi judicio, ut Emtori præstet, quanto pluris servum, si ita pecu-  
liatus

liatus fuisse, vel literis eōve artificiō iōstructus, comparasset d. l. Julianus  
§. 4. l. 43. in princ. ff. b. t.

XXXVII. Prētium ex parte Em̄tōris intervenire cogitā, sine quo, cum Em̄tōnis ex eo consistat substantia l. 72. in princ. ff. b. t. nullatenus contrahitur venditio l. 2. §. 1. ff. & in fin. princ. In. b. t. Non autem prēcii exigitur numeratio, sed sola sufficit conventio. d. l. 2. §. 1. l. 9. C. b. t.

XXXVIII. Attamen ut verum prētium sit in pecunia numeratā illud consistere debet, l. 1. §. 1. ff. & §. 2. Inst. b. t. quo ipso à permutationis contractu, in quo res pro rē dantur, Em̄tō secerit d. l. 1. §. 1. l. 1. ff. de rer. permūt. ubi utriusq; traduntur differentiæ v. tamen Schneid. ad §. 2. n. 3. & seqq. Inst. b. t. Bart. in l. Aristo n. 2. ff. de donat. Sed hoc, cum initium in quovis spectari contractu tralatitium sit l. 8. in princ. ff. mand. l. 12. in fin. ff. ad SCtum Maced. ex conventione, quæ Em̄tōnē perficit d. l. 2. §. 1. b. t. non solutione estimandum est: optimā namq; juris ratione ex post facto Venditori volenti pro precio res solvitur l. 9. C. de rescind. vend. l. 17. ff. de solut. l. 2. §. 1. ff. de R. C.

XXXIX. Non tamen, ut perficiatur Em̄tō, sufficit, prētium pecuniam numeratam confidere sed & certa ejus quantitas definienda est l. 9. C. & §. 1. Inst. b. t. Etiam si etenim vel maximē pecunia numerata data, minimē tamen definita sit, non Em̄tō, sed innoxiōnatum negotium contrahitur, quo sensu intelligimus l. ult. ff. de cond. cauſ. dat.

XL. Id vero non ex eo tantum digaoscitur, si quantitatēm contrahentes verbis protinus expresserint, sed & ad Casum actualiter prētium in præsenti vel præterito Certificantem respexerint, veluti, Quanti à testatore res emta est, Quantum prēcii in arcā habeo l. 7. §. 1. l. 37. ff. b. t. Potius namq; in præsentiā, quanti emta, quantumve prēcii in arcā sit, ignoratur, quam in rei veritate incertum est d. l. 7. §. 1. vel arbitrio tertii (ceterum si in emētis vel vendentis voluntatem collata comparandi conditio sit, quia non adstringit necessitate contrahentes, nullius valoris contractus est l. 13. C. l. 7. in princ. l. 35. §. 1. ff. b. t.) definitionem prētij nominatiōnē permiserint, quō deficiente (non alias) perfecta Em̄tō est l. ult. C. §. 1. Inst. b. t. Si in iniquē arbitratuſ sit, ad viri boni arbitrium, quod tacite semper sub intelligitur d. l. 7. in princ. recurritur l. 67. in fin. ff. pro soc. Ejus quoq; conditionis Venditio est, cum prētium refertur ad valorem, quō certō tempore vel locō res ejus qualitatis estimabitur v. remissive. Ba- cer. d. disp. 3. th. 6.

41. Quod

XLI. Quod si certa partim summā, parvam incertā, ex eventu tam certificandā e. g. centum aureis & quanto pluris eam vendiderit, res emta sit, non minus valebit venditio, pretium tamen augebitur, si pluris Emitor rem vendiderit d. l. 7. §. 2.

XLII. Non autem valida est unquam Ematio, si nullō specificatō Contrahentes tertium, à quo pretium determinabitur, eligere se velle; vel ut à bono viro declaretur pretium; vel justo pretio (was billich ist) res vendita sit; Dis. Mozz. & plures ab eo adducti loc. præd. n. 26. Velse optimè de pretio postea convénire velle dixerint: His enim indistincte casibus pretium constitutum certum censeri neutquam potest, ut plene tradit. Pinell. ad rubr. part. 2. c. 1. n. 4. s. 6. 19. & seqq. C. de Rescind. vend.

XLIII. Sed observandum, in emtionis precio Contrahentibus sese invicem naturaliter circumvenire, dum tamen dimidiam justi precii, tempore Venditionis initæ considerandj, ejusmodi non excederit circumventio, licitum esse l. 16. §. idem ff. de minor. l. 22. §. 1. ff. locat. l. 2. de cuius aequitate v. Arum. Exerc. Justin. 14. th. 8. l. 8. C. de Rescind. vend. Neq; id bona fidei & Charitati (veloti seducere non neminem apparenter posset Epist. Paul. 1. ad Thess. c. 4. & 1. ad Corin. 6.) repugnat. Non enim fraudulentium decipiendi propositum, quod maximè vindicatur tot. tit. ff. & C. de dol. mal. admittimus, sed omnium animus cum sit, vilius emere, carius vendere d. l. 8. C. de resc. vend. Solertiā & providentiam naturalem in confortio humano & præsertim mercimoniiis valde necessariam laude evehimus Arum. d. Exerc. th. 5. & elegantiissime Oldendorp. Clas. 4. act. 1. pag. 387. & 388.

XLIV. Forma contrahendæ Emotionis essentialis in modo interponendi consensum, quatenus tamen is rem & precium complectitur, qui-escit. l. 1. §. 2. l. 2. §. 1. l. 8. in princ. l. 72. in princ. ff. h. t.

XLV. Interponitur vero is tam sermone, quam sermonem imitatis signis & notis, puta nro aliâve quavis indubitate consensum inducente ratione l. 52. §. 9. & 10. ff. de O. & A. Connan. 7. Comment. 6. n. 2. Cujac. ad l. 1. §. 2. ff. de V. O. Wesemb. in parat. n. 9. h. t. Neq; inter præsentes tantum sed & absentes per nuncium aut per epistolam rectè interponitur l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 2. §. 2. ff. de O. & A. princ. Inst. de O. ex cons. Et Consequenter juxta hæc & mutus & fudus optimè consentire poslunt l. 48. ff. de O. & A. l. 4. §. 1. ff. de Past. l. 124. de R. J.

XLVI. Sed hoc quidem, quod quoquò modò Contrahentes con-

sentire posse diximus, sese sic habet, cum simpliciter emtum venditum fuerit in princ. & ibi Interpp. Inst. h. t. Coeterum si in scriptis confici Emotionem contrahentes desiderent, non aliter nisi instrumento venditionis conscripto, omnibusq; modis absoluto & completo vires eam adquirere sanctum est l. contractus 17. C. de fid. Instrum. in princ. Inst. h. t. Donec enim aliquid ex his deest, poenitentiae locus est, & utriq; a contractu impunè resilire licebit, nisi tamen quid arrharum nomine fuerit datum: quo subseguuntur Emotor adimplere contractum renuens, quod dedit, perdity, Venditor vero duplicatum reddere compellitur d. l. 17. d. princ.

XLVII. An vero Emotionem perfectam arrhatum ( germanice Haftgeld ) iactura infirmare valeat, dubiæ huj; Occasione disceptationis est. Id, quia, quod securitatis causa contractui accedit, in ejus infirmationem vergere non debet per l. 3. & 6. C. de rescind. vend. d. l. 17. in fin. C. de fid. Instrum. princ. Instit. h. t. l. 2. C. quand. lic. ab emt. cum Wesemb. in parat. num. 9. h. t. eumq; sectantibus negamus V. Lindeman. Exerc. Justin. 7. hic. th. 5.

XLVIII. Accidentalis Emotionis contrahendæ forma in pactis conventionis certatur. Quibus si quid Emotioni, in conventioni tamen l. 72. in princ. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. de pact. quoquo modo adjiciatur, custodiri oportet l. 6. §. 1. l. 68. in princ. l. 75. l. 79. ff. h. t. l. 21. §. 4. 5. & 6. ff. de act. emt.

XLIX. Celebriora vero, quæ huic frequentius apponi contractui solent, pacta domestica sunt: In diem Addictio & Lex commissoria.

L. In diem Addictio est, cum res hæc lege, nisi quis intra certum tempus meliorem conditionem attulerit, venundatur l. 1. ff. de in diem addict. Quæ Venditio, nisi conventum aliud fuerit l. 2. in princ. ff. d. tit. pura est, fructusq; interim captos & omnes accessiones lucratur Emotor. Et ideo periculum quoq; ad eum pertinet, si res interierit d. l. 2. §. 1. Quod si alius meliorem conditionem attulerit, refundere fructus venditori cogitur l. 6. in princ. l. 16. ff. d. t. etiam tum cum meliorem allatam conditionem Emotor ( qui tantundem dare paratus offerente potior est ) nisi aliud aetum sit, ipse acceptaverit d. l. 6. §. 1. cum l. seq. ff. d. tit. Quod ut facere possit, certiore facere eum necesse habebit Venditor l. 8. ff. h. t. Melior autem conditio est, si plus precij aut faciliorem, matrioremve solutionem quis obtulerit l. 4. §. fin. & l. seq. ff. h. t. V. Wesemb. in parat. de leg. commiss. est, cum in eam fore venditionem, nî præfinito die exsol-

vatur:

Ll. Lex commissoria ( unde dicta sic, memorat Wesemb. in parat. de leg. commiss. ) est, cum in eam fore venditionem, nî præfinito die exsol-

vatur premium; Contrahentes pacti sunt l. 4. in princ. ff. de Leg. commiss. Hæc emtio purè contracta sub conditione non soluti ab emtore, nisi justi obstatuli allegatione moram purgaverit, pretii l. 4. §. fin. ff. h. t. rescinditur l. 1. ff. h. t. Quo contingente Venditoris, cuius gratiâ hæc additur pactio l. 2. ff. h. t. arbitrio committitur vel commissoriæ exercere vel pretium petere, Qui tam, si commissoriæ elegerit, variare postea nequit l. 3. l. 4. §. 2. ff. h. t. Petitur autem res cum fructibus, nisi pars soluti pretii Venditoris lucro cesserit, & insuper quanto minoris venditor postmodum vendiderit l. 4. §. 1. & 3. l. 5. ff. h. t. l. 6. §. 1 ff. de contrah. emt.

LII. Non in frequenter quoq; adjicitur pactum de retrovendendo, cum id agitur ut res distracta quandocumq; vel intra certa tempora, refusò preciō revendatur l. 2. C. de Pact. inter emt. Ex hoc pacto, quæ datur Actio, ut placiti fides servetur, personalis est, proindeq; si alii vendita sit, primo venditori adversus secundum Emtorem agendi jus reale revocatorium non est, cum ex vendito actio ob fidem ruptam ad interesse ab emtore suo consequendum sufficiat l. 21. §. 5. ff. de act. emt. Treutl. vol. 1. disp. 28. th. 10. lit. c. cum pluribus citatis DD. communiter in l. 3. C. de condit. ex leg. Gaill. 2. obs. 16. ubi in Camerâ imperiali ita pronunciari testatur. Diss. Castrens. in l. si cum venderet. num. 5. ff. de pignor. act. & alij, quos repertis apud Treutl. & Gaill. locis prædd. Hoc ita, nisi hypothecam in re retrovendendâ primus venditor constitutam habeat Bart. ad l. si filius fam. §. Divi ff. de legat. 1. per l. Creditor. §. fin. ff. de distract. pignor VVesemb. Conf. 39. num. 6. & 7. Est & in heredes transitoria d. l. 2. & ibi gloss. Bart. & Alij DD. Gaill. 2. obs. 2. num. 4. & 5. & perpetua l. nec creditores C. de pign. act. l. Paulus §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hyp. l. pure §. fin. ff. de dol. mal. & met. Alciat. in rubr. num. 22. X. de præscript. VVesemb. conf. 2. num. 44. & 45. Gomez. tom. 2. resol. c. 2. num. 28. Gaill. 2. obs. 18. num. 4. & seqq. Myns. 1. obs. 16. qui in Camerâ id itidem aliquoties obtinuisse in specificatis casibus factentur, & plures, qui hanc Sententiam tueruntur, adducunt.

LII. Si autem in fraudem boni præsertim publici pactum venditioni fuerit adjectum, pura ne onus census, quem fundus fisco vel Reipub. debet, Emtorem sequatur, pro non adjecto censetur tot. tit. C. sine cens. vel reliq.

LIV. Quia vero pacta nonnunquam obscura vel ambigua sunt, pro regulâ traditur, contra venditorem ea interpretanda esse l. 21. l. 33. ff. h. t. l. 39. ff. de pact. l. 172. de R. I. Quod tamen hæc ratione sic sanctum

est, quia potiores apud venditorem in legem contractui dicendis partes resident: Si itaq; non apertius legem venditioni dixerit, sua id impunit incuriae. Ceterum, cum & Emptorem Contractui formati pacificando addere soepius contingat, non minus pactorum obscuritas eo Casu Emptori velut superius Venditori ex ratione textuum allegatorum nocet. *Hottom.*  
2. amicab. *Respons. 10.*

LV. Finis hujus contractus sine dubio est, ut res potissimum necessariae inter homines communicentur, & publica pecunia estimatione difficultatibus permutationum subveniatur. *l. 1. & VVesemb. in parat. ff. h. t.*

LVII. Effectus, quod obligationis interventu actionem emti & venditi ad necessitate adstringendum contrahentes producat tot. *tit. ff. & C. de act. emt. Perfecta namq; Venditione ab ea ne quidem Principis rescripto recedi permititur l. 3. l. 7. C. de res. vendit. l. 5. C. de O. & A.*

LVIII. His autem actionibus, cum ex conventione Contractus legem accipiunt *l. 23. ff. de R. J. l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 13. in princ. ff. commun. præd.* id ante omnia præstari petitur, de quo inter contrahentes actum est velut *ex l. 1. in princ. l. 4. in fin. princ. l. 7. §. 1. l. 10. in princ. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 35. §. 4. l. 78. §. ult. ff. de contrah. emt. & alius cernere licet.* Si nihil speciatum actum sit, ea, quæ naturaliter huic negotio in sunt, præstabuntur *l. 11. §. 1. ff. de act. emt.*

LXVIII. Ex vendito actio venditori competit, quæ premium principaliter conventum, (merce tamen prius, nisi spes vendita sit *l. 11. §. ult. in fin. ff. de act. emt. l. 8. §. 1. ff. de contr. emt.* ne exceptione repellatur, tradita vel oblatâ *l. 25. ff. h. t. l. 5. §. 4. ff. de dol. mal. & met. exc. Bocer. d. dissp. thes. 41. Cujac. 32. obs. 15.*) ab Emptore exigit *l. 13. §. 20. ff. h. t.* Premium vero Emptor Venditoris facere cogitur *d. l. 11. §. 2.* eo quod in genere consistat, nec ullum usum præterquam in abuso, solidomino concessio, habeat *VVesemb. in parat. num. 7. ff. h. t.* Tamen si in limine contractus evictio immineat, quia forte quæstio dominij de re venditâ mota, vel eam alienam esse notorium est, cautionem præstare idoneam recusante venditore, solutionem ejus impunè protelare possit *l. 18. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 24. C. de evict. VVurmbs. 1. pract. Obs. tit. 31. Obs. 2.* Quod desolutione precii dictum, etiam tuum obtinet, cum res sine dolo & culpâ venditoris, modo quæqualis quantaque sit apparent, peremta est *§. 3. Inst. h. t. l. fin. C. de peric. & comm. rei vend. l. 13. §. 22. h. t. l. 5. §. 2. ff. de Rescind. vend. uti in actione emti manifestius patebit.*

§9. *Precio*

LIX. Pretiō post diem traditionis non solutō, quia Em̄tor rei fru-  
ctus percipit, in hoc quoq; judicium jure æquissimō usuræ veniunt.  
d. l. 13. §. 20. l. 47. in fin ff. l. 5. l. 13. C. b. t. l. 16. §. 1. ff. de usur. l. 5. C. de  
pact. int. emt. VVesemb. in parat. n. 7. b. t. quod & jure Canonico, quia  
quædam quasi recompensatio sunt, admittitur Mozz. remissivē Col. 3.  
num. 38. Non autem omne omnino lucrum, quod Venditor morā in  
solvendo minimē facta querere mercando puta vel negotiando potu-  
isset l. fin. ff. de peric. & Comm. V. tamen Myns. qui, si certam mercantiam  
Venditor præ manibus habuerit, id non procedere per l. quidam §. si na-  
vis in fin. ff. ad L. Aquil. & l. naturalem §. 1. ff. de adquir. rer. dom. autu-  
mat, pluresq; assertio[n]is defensores citat.

LX. Præterea hāc actione consequetur sumptus, post venditionem  
bonā fide in rē distracta factos d. l. 13. §. 22. & quanti pluris vendere rem  
potuisset, nisi ab Em̄tor deceptus esset d. l. 13. §. 5. Ac deniq; ut mercem  
Em̄tor tollat, & interesse hoc nomine præster l. 9. ff. b. t. l. 1. §. 3. ff. de pe-  
ric. & Comm. rei vend.

LXI. Ex emtō actione is qui emit, ( si tamen itidem precium  
prius, quia Venditor pignoris jure pro precio rem retinet l. 13. §. 8. De  
Act. emt. solverit vel solvere paratus sit d. l. 13. §. 8. ff. b. t ) utitur, ad hoc  
ut mercem Venditor tradat: quo facto dominum (quod semper agi ne-  
cessum est l. 80. §. 3. ff. de contr. emt.) si dominus fuit in Em̄torem trans-  
fert v. l. 19. l. 53. ff. de contr. emt. Si minus, usucapiendi conditionem  
præstat l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. b. t.

LXII. Tradere autem vacuam rei possessionem ( quæ quid sit v. l. 2.  
§. 1. ff. b. t. ) Venditor necesse habet d. l. 2. §. 1. & ibi Bart. ff. & l. 8. C. de  
Act. emt. l. 78. §. 1. de contr. emt. VVesemb. in parat. n. 13. d. tit. Myns. l. obs.  
53. Cont. l. 1. disp. c. 8. cum omnibus insuper fructibus & accessionibus  
l. 13 l. 16 C. l. 3. §. 1. l. 13. §. 10. §. 13. §. 18 ff. b. t. l. 7. ff. de peric. & comm.  
sive omni causā quæ esset futura, si apud venditorem res manislet l. 67.  
ff. de contr. Em̄t. V. supra th. 30. & Donell. 3. comment. 4.

LXIII. Id quod de traditione diximus, præcisè, velut in omnibus  
dandi obligationibus l. 75. §. fin l. 72. ubi DD. ff. de V. O. si tradendi  
modo facultas ad sit, sic obtinere volumus, ut præstanto interesse liberari  
venditor non possit d. l. 11. §. 2. §. 2. Inst. de donat. §. 1. Inst. b. t. Dis̄ Donell.  
ad d. l. 72. & 13. comment. 2. Fachin 2. controv. 30. Gædd, de contrah. stipul.  
c. 9. concl. 4. n. 65.

LXIV. Rē

L XIV. Rè traditâ evictâ, ad precii restitutionem cum solutione, ejus quod interest (excepto casu l. 74 § 1. junctâ l. 13. C. de evict.) hâc actione venditor obstringitur l. 8. l. 60. l. 66. §. 3. l. 67. l. 70. ff. l. 21. in fin. l. 23 l. 25. C. de evict. l. 43. in fin. de act. emt. V. VVesemb. in parat. n. 7. ff. de evict. Sed id, nisi de evictione (cujus nomine sine tamen satisfactione l. 37 in princ. l. 56 in princ. ff. de evict. duplum, non bonitatis rei sed pretii convenit l. 48. l. 53. ff. de evict. cavere in mancipiorum tantum, nec non rerum preciosarum & non contemptibilium venditione cogitur l. 31. §. 2. ff. de adil. edict. l. 2. l. 37. §. 1. de evict.) cautum sit, quo casu id quod promissum est, emtor consequitur l. 56. in princ. l. 74. in princ. ff. l. 25. C. de evict.

L XV. Ut tamen Venditor de evictione teneatur, necesse est in judicio evictionem fieri l. 24. l. 56. §. 1. ff. de evict. Utq; mature Emotor, sibi rei venditæ nomine item moveri, Venditori denunciet, Nec contumaciter tempore sententia latæ absit c. ult. X. de emt. & Vend. l. 21. C. l. 53. §. 1. ff. de evict. l. 1. C. de peric. & comm. Casibus nonnullis exceptis de quibus remissivè v. Bocer. d. dissp. 3. thes. 85.

L XVI. Cessat ob evictionem actio, Si violenter res ablata sit l. ult. C. de act. emt. Si facto Emotoris evicta l. 6. §. 5. ff. d. tit. Si scienter res aliena aliisvè obligata l. 27. & ibi Gloß. C. de evict. Gomez. 2. var. resol. v. 2.n.8. Si in aleâ, ut ludatur, vendita l. fin. §. 1. ff. Quar. rer. act. non det. Si hereditas, & res singulares evictæ sint l. 1. C. de evict. l. 2. in princ. & VVesemb. in parat. num. 3. ff. de hered. vel act. vend. Si missilia emta sint l. 8. §. 1. ff. de contr. emt. Si per injuriam d. c. fin. vel imprudentiam judicis sententia lata sit l. 51. in princ. ff. de evict. Si culpâ vel negligentia Emotoris evictio facta fuerit l. 27. l. 55. in princ. l. 66. in princ. ff. d. tit. V. Donell. 13. Comment. 2. VVesemb. in parat. n. 10. eodem Myns. 1. obs. 54. & 56. aliosq; ab iis citatos.

L XVII. Non verò tantum evictionis nomine, sed & de morbo vi- tiose rei venditæ cavere porro Venditor cogitur l. 11. §. 4. de act. emt. Si quid quoq; dolo vel culpa levi venditoris in râ venditâ damni quocunq; modo contigerit, hâc actione corrigitur l. 66. §. 1. ff. de contrah. emt. l. 1. §. 1. l. 21. §. 1. 36. l. pen. in princ. ff. de act. emt. l. 69. §. 5. de evict. l. 2. §. 1. l. 3. l. 11. ff. de peric. & comm.

L XVIII. Si res ante traditionem casu fortuitâ deperdita sit, cuius Emotoris an Venditoris periculum sit (quod cum perfecta emtio est deprehenditur l. 8. in princ. ff. de peric. & comm.) videndum. Pure si contra.

contractum sit & quid, quale, quantumq; venditum sit, constituit, perfecta Ematio est, omneq; periculum ad Emptorem pertinet l. 8. in princ. d. tit. quo tamen casu, eā quovis modo ab alio subtracta, actiones ad rem persequendam cedere venditor Emptori cogitur, veluti & cum, cum rei venditæ nocitum est l. 14. in princ. ff. de furt. l. 13. §. 12. de act. emt. §. 3. Inst. b. t. l. 35. §. 4. de contr. emt. Quod si quid, quale, quantumq; sit, haud appareat, ut in rebus fungibilibus, non aliter quam si ad mensum, ad pensum, ad numeratum sit, perfecta venditio est, proindeq; periculum Emptor prius non sustinet l. 35. §. 5. de contr. emt. Id tamen de totali rei perditio- ne, non partiali, puta si vinum venditum acuerit, intellectum volumus l. 1. ff. de peric. & comm. Idem judicium esto, si res in genere, quod perire nequit, vendita sit l. in ratione 30. §. verum ff. ad L. Falcid. l. quod si. ff. si cert. pet. Conditionaliter si contractum sit, ante conditionem existentem, habita tamen superioris discriminis ratione, periculum in Emptorem non transit l. 8. in princ. ff. de peric. & comm. Si alternativè inita obligatio sit, prioris periculum ad Venditorem, posterioris ad Emptorem pertinet l. 34. §. 6. ff. de contr. emt. V. VVesemb. in parat. n. 10. d. tit. & de peric. & comm. Myns. 6. obs. 36. Arum. d. disp. ff. 3. thes. 6. Roland. à Vall. 3. vol. conf. 4. 5.

LXIX. Tandem observandum, si ad estimationem rei venditæ fuerit deuentum, eam, si certo tempore & loco dari res debuit, faciendam esse, quanti tum temporis eō in locō fuisset: Sin specialiter nihil convenitum sit, tempus in ineundā estimatione spectari litis contestatæ, eumq; locum in quo petitur l. ult. ff. de condit. tritic. l. 3. in fin. de act. emt.

LXX. Ultraq; hæc actio civilis est l. 33. de ædil. edit. bona fidei l. 11. §. 1. ff. d. tit. §. 28. Inst. de act. perpetua DD. in l. 2. C. de pac. int. emt. l. 2 C. de rescind. vend. l. 3. C. de præsc. 30. vel 40. ann. in hæredes transitoria l. 10. l. 47. de act. emt. & directa, quantumvis nonnunquam utiliter ad negotium distrahendum l. n. §. 6. ff. d. tit. & ex contractu procuratoris domino detur l. 13. §. 25. ff. d. tit.

LXXI. Dissolvitur Ematio rē integrā contrariō contrahentium consensu l. 2. C. quand. lic. ab emt. l. 3. l. 5. §. 1. ff. de rescind. vend. l. 7 §. 6. l. 58. ff. de pac. Sin vero pretium in totum vel pro parte solutum, aut res tradita sit, retro rem tradi, preciumve refundi, ut rescindatur obligatio, necessum est d. l. 58. cum aliis citatis VVesemb in parat. n. 5. rescind. vend.

LXXII. Item per lassionem ultra dimidium justi pretii quod calu nisi suppleatur id, quod decet justo precio, resolvitur venditio l. 2. & ibi DD. C. de rescind. vend. Rescissio tamen ex hæc causā contractu, fructus venditori, qui precij lucrum interim consequitus est, restituendi non sunt.

Myns.

Myns. 4. Obs. 73. Gomez. 2. var. resol. 2. n. 24. Non autem sola Venditoris sed & Emitoris quoq; læsio huic rescissioni cauissam præbet DD. communiter ad d. l. 2. Diss. Cujac. 16. obs. 18. & 23. obs. 32. An autem remedium hocce rescissionum locum juvenat, si sub auctione vel nomine subhastationis publicæ res vendita sit, elegantis disceptationis est: Affirmativæ subscribimus per l. 16. C. de rescind. vend. Mozz. d. col. 7. hic n. 17. Gomez. d. loc. n. 23. Plura de hac materiâ v. apod DD. citatos.

LXXIII. Per pactum porro in diem addictionis, l. 2. in princ. ff. de in diem addict. Legis commissoriæ l. 1. ff. de lege commis., & de Retrovendendo l. 2. C. de pact. int. emt. Venditio solvitur, de quibus singulis pertractatum supra th. 50. 51. 54. In observantiam præterea pectorum, Venditoris gratia adjectorum; si sc. ita conventum sit, vel alias venditorem non contraxisse ex certis & infallibilibus conjecturis appareat Franc. Bursa. lib. 2. Conf. 191. quem refert. Mozz. d. loc. n. 32. Restitutionem quoq; in integrum Mozz. d. loc. n. 33. nec non Redhibitionem rei, de qua th. 36.

Aliosq; obligationis finienda modos.

### S. D. G.

**G**emmula Pieridum, Decus immortale Tuorum,  
MASSOVI, genitū pulcher Ocelle Tua,  
Entbea DOCTORIS dum Te prudentia SCHUTZI  
Ducit; ad Eunomia per juga celsa domum;  
Grator; quod studium Themidos feliciter urges,  
Germaneq; siam Nobilitatis initio.  
Tot dubios casus, nodosq; jura resolvens,  
Nobile colustras artibus ingenium.  
Te veneranda Themis pulchrō maſtabit honore  
Ut patria posis commoda ferre Tua,  
mea.  
Quod hōbō Nominis ac Virtutum Tuarum, Nobilissime  
Domine MASSOWI cultor  
M. Mich. Watsonius.

**E**figies si quæ generosi Stemmaris unquam  
exculti poterit; si quæ virtutis imago  
Perdocte pingi; Non Hæmige Nobilis extat.  
Honori Nobilissimi Dn. Resp. ita se sincerè faventem exhibet  
Adolph. Frid. von Preen.

**Q**uando tui ſpecimen profectus prodit Plus ultra pergas, & Nobilitatis hono  
ad alta In censu dupli ci jure decorus eris.  
Te genitum clare, dulcis Amice, doces.  
Johannes Henticus de Benckendorff, Nob. March.  
1700






LIX. Pretio post diem traditionis non soluta  
et us percipit, in hoc quoq; judicium jure aequi  
d. l. 13. §. 20. l. 47. in fin ff l. 5. l. 13. C. h. t. l. 16. §. 1  
pact. int. emt. VVesemb. in parat. n. 7. h. t. quod &  
quædam quasi recompensatio sunt, admittitur  
num. 38. Non autem omne omnino lucrum, que  
solvendo minime facta querere mercando puta v  
set l. fin ff. de peric. & Comm. V. tamen Myns. qui,  
Vendor præ manibus habuerit, id non proceder  
vis in fin. ff. ad L. Aquil. & l. naturali §. 1. ff. de a  
mat, plures q; assertionis defensores citat.

LX. Præterea hæc actione consequetur summa  
bona fide in re distracta factos d. l. 13. §. 22. & qua  
potuisset, nisi ab Emto deceptus esset d. l. 13. §. 5.  
Emto tollat, & interesse hoc nomine præster l. 9. ff.  
ric. & Comm. rei vend.

LXI. Ex emto actione is qui emit, (si tan  
prius, quia Vendor pignoris jure pro precio ret  
ad. emt. solverit vel solvere paratus sit d. l. 13. §. 8. ff.  
ut mercem Vendor tradat: quo facto dominium  
cessum est l. 80. §. 3. ff. de contr. emt.) si dominus fi  
 fert v. l. 19. l. 53. ff. de contr. emt. Si minus, usuca  
præstat l. n. §. 2. l. 30. §. 1. ff. h. r.

LXII. Tradere autem vacuam rei possessionem  
§. 1. ff. h. t.) Vendor necesse habet d. l. 2. §. 1. & i  
act. emt. l. 78. §. 1. de contr. emt. VVesemb. in parat. n.  
53. Cont. l. 1. disp. c. 8. cum omnibus insuper frue  
l. 13 l. 16 C. l. 3. §. 1. l. 13. §. 10. §. 13. §. 18 ff. h. t. l;  
five omni causa quæ esset futura, si apud vendor  
ff. de contr. Emto. V. supra tb. 30. & Donell. 3. commen

LXIII. Id quod de traditione diximus, præci  
dandi obligationibus l. 75. §. fin l. 72. ubi DD. fi  
modo facultas ad sit, sic obtinere volumus, ut præst.  
vendor non possit d. l. 11. §. 2. §. 2. Inst. de donat. §.  
ad d. l. 72. & 13. comment. 2. Fachin 2. controv. 30. G.  
c. 9. concl. 4. n. 65.



rei fru  
piunc  
. C. de  
quia  
Col. 3.  
orà in  
potuif  
ntiam  
si na  
autu  
ionem  
re rem  
ercent  
de pe

cium  
8. De  
ad hoc  
agine  
trans  
onem

v. l. 2.  
9. C. de  
1. obs.  
onibus  
comm.  
l. 67.

inibus  
adendi  
iberari  
Donell.  
stipul.

IV. Rè

Image Engineering Scan Reference Chart T6263 Serial No. 114